SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC

Domino Domino, JOHANNI GEORGIO, Saxoniæ, Iuliæ, Cliuiæ, & Montium Duci, Sacri Romani Imperij, Archimarſchallo & Electori, Landgrauio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggrauio Magdeburgenſi, Comiti de Marca & Rauensburg, Domino in Rauenstein, &c. Domino ſuo Clementiſsimo.

Non ancipiti conſilij lance diu deliberandum, Celſiſsime, ac Potentiſsime Princeps, D. D. Clementiſsime; cuius tutelæ vel gratiæ munuſculum hoc meum offerrem: Tibi debebatur Saxoniæ Magnæ Magno Principi. Multa me incitârunt: ſed præcipuè, quod tuus eſſem, & in ſolo tuo natus, atq; educatus. Et quia à ſe haud magnum, à Serenitate Veſtrâ, ut fiat aut pondus accipiat. Alioquin omnibus in hac vitâ poſitis, communis eſt cæli